BIBLIA PARVA

HEBRAEO-LATINA

IN QVIBVS

DICTA INSIGNIORA OMNIA

EX VNIVERSO

CODICE HEBRAEO

SECVNDVM ORDINEM

LIBRORVM BIBLICORVM

ET IN HIS

MAXIMA PARS VOCVM

HEBRAICARVM ET CHALDAICARVM

CODICIS SANCTI

CVM CVRA EXHIBENTVR

IN VSVM SS. THEOL. ET SACRATIORIS

PHILOLOGIAE CVLTORVM

ADORNATA

A

HENRICO OPITIO

CVM PRIVILEGIO REG. POL. ELECT. SAX.

LIPSIAE MDCCLXXII.

SVMTIBVS IO. MICH. LVD. TEVBNERI.

INSTITUTO DE HISTORIA ANTIGA E JUDAICA

26 Авг 2016

71452

PARAENESIS.

AD LECTOREM

DE PRAESENTIS OPERIS INSTITVTO.

En tibi, L. B. *Biblia noſtra parua hebraeo-latina*, opus, ſi molem ſpectes, ſatis quidem exiguum; ſed opinor, vtilitate ſua maximum; in quod antequam te intimius intro mittam, non omnino in caſſum laborabo, ſi te conſilii mei, quod in his edendis habui, participem fecero.

Cum ſemper iudicauerim, vix vllum ſtudium futuro aliquando pio ac orthodoxo Theologo magis eſſe neceſſarium, ac ſtudium linguarium orientalium et imprimis originalium V. et N. T. et vero quotidie viderim, quantis contra machinis et in ſpeciem fucatis rationibus μηχανορράφος ille, et

cum eo multi, quorum vtique conſcientia et officium aliud poſcebat, laborarint, vt hoc ſanctiſſimum ac longe vtiliſſimum ſtudium ex eccleſia Chriſti tollerent, et ſi non alio, hoc ipſo tamen ſub praetextu, quaſi difficultatum Grammaticarum et tricarum inutilium pleniſſimum ex eadem proſcriberent: non potui non tam inique graſſanti malo iam olim ingemiſcere ac ſemper eo laborare, vt illud tam odioſe traductum ſtudium facilius in dies ac iucundius addo et ſolidius eius redderem cultoribus. Rebus autem accurate hic expenſis omnibus, obſeruauimus cum Viris et Philologis celeberrimis, totum illud ſtudium duplici imprimis niti fundamento, *theoria* ſcil. et *praxi:* illam accurata praeceptorum perceptione; hanc vero dextra illorum applicatione et continua ac conſtanti lectione praecipue abſolui, nobis hactenus fuit perſuaſiſſimum. Vtramque igitur, vt ſuo modo ornaremus, et primo quidem *theoriam*, edebamus abhinc biennium *ATRIVM noſtrum linguae S. tripartitum*, quo 1) *conſilium* de ſtudio linguarum orient. bene et feliciter inſtituendo. 2) *compendium grammat. hebr.* incomparabilis illius et nunquam ſatis laudandi *operis hebraiſmi reſtituti celeb. Dn. D. Waſmuthi.* 3) *praxis analytica* textuum aliquot biblicorum ſec. paginas grammat. praemiſſae inſtituta, vna

cum

cum append. *lexici* et *indicis* omnium fere *difficultatum Biblic.* in opere Waſmuth. ſolutarum, exhibentur, atque hoc per Dei gratiam effectum, vt non ſolum plurimi eius cultores, ſed et coniunctis poſtea reliquis ad hoc ſtudium neceſſariis iamtum nonnulli indefeſſi ac feliciſſimi eius exiſtant propagatores, qui hoc noſtro *atrio* vna cum *celeb. Waſmuthi hebraiſmo reſtituto* ceu feliciſſimis ac compendioſiſſimis ad linguae ſanctae theoriam accuratius, quam vulgo ſolet percipiendam, vtuntur adminiculis. Sed vti in aliis rebus, ita praecipue in hoc et aliis linguis *vmbratile quiddam et euanidum eſt omnis theoria, niſi operoſa accedat praxis*, vt ſimili in re magnus loquitur *Buxtorfius.* Vtraque igitur *et theoria et praxis* ſtabili iungatur connubio neceſſe eſt, et euoluendus ac peruoluendus eſt codex hebraeus, ſi quis hic eximii quid praeſtare velit. Ergone iſte *codex*, inquis, *hebraeus*, mihi ſtatim comparandus, et tanta pecuniae ſumma expendenda? Ita et ego olim quaerebam, Lect. Beneu. et hoc ſub initium huius ſtudii me nonnihil, fateor, ſolicitum habuit. Nec vitio forte vertendum eſt ſtudioſis talia quaerentibus, imprimis antequam ſciant, num etiam poſſint aut debeant vltra vulgo ſtatutum in hoc ſtudio terminum *radicis ſcil. extractionem* progredi? Accedit quod pauciſſimi ſtudio-

ſorum Theologiae tam aequa gaudeant fortuna aut tam benigno ferantur affectu erga haec ſanctiora ſtudia, vt initio ſtatim aliquot imperiales expendant pro Bibliis hebraeis. Atque hinc plerumque hactenus neglectus aut deſperatio de vllo vlteriori in his ſtudiis ſucceſſu aut perfectione. Huic malo vt occurrerent multi, multa adhibuerunt media, ſed vario certe et plerumque infelici ſucceſſu et effectu. Plerique feſtinarunt ad *Pſalterium hebraicum* coacti magis defectu alius libri, quam adducti aut illecti eiusdem vſu, id quod multorum de eo teſtantur querelae certe non ſine ratione hactenus vbique proditae: nam quod latinae linguae tironi eſt *Horatius*, hoc eſt *Pſalterium* hebraeae linguae cultoribus. Alii igitur felicius rem aggreſſuri ediderunt pauca quaedam dicta claſſica quatuor forte aut quinque quaternionum, qualia ſunt e. g. *clariſſ. Schickardi eclogae et Baueri Profeſſoris olim lipſ. ſelectiora. V. T. Oracula*, quae vti in commodum ſtudioſae iuuentutis ſunt edita: ita quoque a nobis magni hactenus ſunt facta. Aſt cum dicta illa (vti nuper *elariſſ. quidam Vir in lit. ſuis* querebatur,) tum ipſa raritate, hodie ſint rariora; tum voces ſuis deſtituantur accentibus (qui vtique defectus non plane nihili faciendus, ceu talis, qui vltro mancum reddit characterem S.); tum et

cum

cum paucis illa pagellis conſtent (quibus etſi probe perceptis omnibus, vix tantam tamen linguae S. cognitionem quis acquireret, quantam forte ex textibus illis in *atrio noſtro* exhibitis); hinc demum nos perpetuo hoc defectu in colleg. noſtris laborantes cogitauimus (approbantibus et poſtea etiam enixe flagitantibus multis fautoribus et amicis), de edendo quodam libello, quo partim philologiae ſtudioſi in addiſcenda *lingua hebraea et chaldaea*; partim Theologiae cultores in *Theologia thetico-polemica* partim et concionatores in *Theologia homiletica* commode vti poſſent. Atque inde natum eſt opuſculum, quod iuſtis de cauſis inſcripſimus *Biblia parua hebraeo-latina*, in quibus quid praecipue a nobis praeſtitum, paucis his habe:

Primo, attente perlegimus vniuerſa *Biblia hebraica*, atque cum cura ſelegimus *dicta inſigniora ac claſſica fere omnia*, quae praecipuum in Theologia vſum habere videbantur, ſepoſitis ſic iis, quae vel ad hiſtorica vel ceremonialia ſpectabant, ne hoc opuſculum vltra inſtitutum noſtrum nimium excreſceret. *Ordinem* vero *librorum et numerum capitum et commatum* ſeruauimus eundem, qui vel in Aria Montano vel et praecipue in *Bibliis noſtris germanicis* habetur, vt hoc vtentibus opuſculo vtrinque eadem inueniendi ſit facilitas.

2) Et vt textus originarii maxime insignis prae versionibus eluceret vsus, exhibuimus hic *illa* etiam dicta, quae vel in textu originali magnas habent emphases, versionibus earum nihil agnoscentibus; vel et quae ex versionibus iudicari possent nimis emphatica, nihil emphaseos habente textu originali, idque praecipue in gratiam partim *studiosorum philologiae*, quo se et iudicium suum in his exerceant; partim et *concionatorum* quo cogitent, non nudis semper versionibus fidendum, sed et in concionibus ad textum originalem subinde esse respiciendum.

Sic et 3) interdum vnum alterumue dictum bis, diuersis tamen ex libris, praecipue semel ex *prosaicis*, et altera vice ex *metricis* posuimus, non quasi paginas implendi nobis studium fuerit, sed vt perpetua certitudo ac constans *accentuationis et prosaicae et metricae* tenor in collegiis nostris priuatis demonstrari possit, id quod rerum harum peritis facile patescet, si dicta e. g. 2 Sam. 22, 7. 26, 27. cum Ps. 18, 7. 25. 27. nec non 1 Paral. 17, 8. 9. 10. 11. 12. etc. cum Ps. 105, 1. et sqq. aliaque plurima inter se conferre velint. Eandem fere ob causam totum decalogum etiam ex Exod. XX. exhibuimus, vt praeter coelestia, quae ibidem habentur, legis iura *duplicis* quoque *accentuationis* vsus monstrari posset.

Et

Et quia 4) praecipuus nobis in hoc libello ſcopus fuit praefixus, vt *intimiorem linguae S. cognitionem* hebraeophilis noſtris conciliaremus; hinc dicta interdum ſelegimus, quae ob materiae forte qualitatem omitti potuiſſe videbantur, ſed ſi multitudinem et raritatem vocum in iis occurrentium ſpectemus, digniſſima ea iudicauimus, quae ſimul hic ſiſterentur. Exempli loco adduci poſſent illa Deut. 28, 22. et 28. 1 Sam. 8, 11 ſqq. Eſ. 3, 16. ad 24. imprimis vero totum *canticum Moſis*, Deut. 32. deſcriptum, quod praeter materiae elegantiam tot rara ſimul diſcenti ſiſtit vocabula, quod vix viginti alia capita. Huc quoque reuocanda erunt illa *Danielitica*, quae ob *chaldaicae linguae* vſum largiori paulo manu huic noſtro opuſculo inſerere voluimus. Quo igitur factum, vt *pleraeque hebr. et chald. linguae voces* in paruo hoc libello comprehendantur, vnde ſua ſponte fluit, quod his, qui hunc libellum tenent, non facile occurrere poſſit in Script. S. locus, quem non plerumque feliciter interpretari valeant, id quod *experientia* fida rerum magiſtra nos per auditores noſtros iamtum edocuit, aliosque facile edocebit, quibus volupe erit ſuauiſſimum hoc Scripturae S. Manna in ſuccum et ſanguinem conuertere.

5) *Verſionem* iam quod ſpectat, eam elegimus *Ariae Montani*, non quod in omnibus

cum

cum ipſo faciamus, ſed ob rationes, quas domi habuimus plurimas. Nam nos diuerſum non raro ab ipſo ſentire e. g. Gen. 4, 1. quando verba ibid. hebraea vertit: *acquiſiui virum a vel cum Domino*, puto ſat manifeſtum eſſe ex diſputat. noſtra de *votiua matris* Euae *exclamatione Kiloni in Holſatia* Anno 1670. habita, qua prolixe oſtenſum ac demonſtratum dedimus, vertendum potius fuiſſe: *acquiſiui virum τὸν Dominum, ſ. IEHOVAM* h. e. *genui hominem, qui ipſe ſimul eſt Iehoua* vt ita firmiſſime perſuaſus ſim, matrem Euam credidiſſe, ac exſpectaſſe *Meſſiam* non nudum hominem ſed θεάνθρωπον futurum, quicquid ſit de erronea eius ad Kaiinum applicatione. Conf. *et Atrii part. III. ad h. l.* Sic Gen. 6, 3. Deut. 6, 7. Iſ. 7, 14. it. Cap. 53, 9. aliisque nonnullis in hoc opuſculo exhibitis locis non poſſumus adduci, vt noſtrum adderemus calculum ob rationes alio forte loco et tempore expromendas: illa tamen omnia hac vice intacta et immutata linquere voluimus ob cauſas iterum hac vice reticendas chartae anguſtia easdem non ferente.

Si quis tamen miretur, cur verſionem hanc non *interlinearem* eſſe voluerimus, ille ſciat, nos hebraizantium commodo hic ſtuduiſſe. Neque enim *verſionem interlinearem* commodam aut aptatam eſſe linguam S. diſcentibus, puto tam manifeſtum

eſſe

eſſe, vt nemo facile, qui animum experientiae adiunxerit, contradicere poſſit. Cauſam ſi quis poſcat, damus hanc vel infimis puerorum praeceptoribus notam, quod ſcil. animus ſic a verſione illa interſerta et exteriori oculorum ſenſu abſtrahatur, quo minus debita cum attentione textum legat ac voces earumque ſignificata memoriae, vt decet imprimat; ſed potius ignauiae a natura fere inſitae vel inuitus cedat, et quae minori cum labore acquirit, minori quoque cum cura poſſideat ac conſeruet. Vt ita confidenter dicam: Ariam Mont. tironibus vix aliud eſſe, quam foedae pigritiae aſylum, id quod abunde arguunt hae multorum ignauae voces: *Sibi ſufficere in lingua S. modo radicem extrahere poſſint, reliqua omnia ſe ex Ar. Montani verſione interlineari praeſtare poſſe, quae vtique hodie vbique habeatur.* Et haec de diſcentibus dicta ſunto. Aliter vero res ſeſe habet cum viris occupatis et huius linguae iamtum peritis: hi enim vtique magno cum temporis et laboris lucro eadem vti poſſunt.

7) Quandoquidem vero et hoc opuſculum in gratiam tironum adornatum eſt, qui variis adhuc in progreſſu linguae S. opus habent adminiculis; ſubiecimus quoque in fine paginarum difficiliores quasque *radices*, quibus illi ceu ſcipione quodam in hoc decurſu vti poſſint.

De-

Denique 8) ne linguae S. cultoribus duplici cum hoſte et difficultatum et errorum typographicorum conflictandum ſit, propoſuimus nobis opuſculum hoc ab omni eiusmodi labe immune ſiſtere: ſed cum id in hoc literarum genere plane fuerit ἀδύνατον (vt illi facile intelligent, qui vnquam aliquot ſaltim quaterniones hebraicae literaturae cum punctis ediderunt): hinc relicta illa σφάλματα omnia per peritos harum rerum correctores *calamo* corrigi curauimus.

Atque haec fuere, L. B. quae hac vice, deficiente charta et tempore, monere voluimus, antequam te in ipſum opuſculum intromitteremus. Iam ſi in eo diſcendo hunc adhibueris animum, quem nos in eo edendo, certi ſumus te aliquando non poenitere poſſe hunc didiciſſe libellum. Vale L. B. ac, ſi Deus vitam et pacem dulciſſimae patriae vlterius conceſſerit, breui a nobis expecta *vniuerſa Biblia hebraea accuratiſſima cum verſione marginali ſec. accentuum hebr. diuinam interſtinctionis authentiam, ceu ſummi momenti ac neceſſitatis principium hermeneuticum interpuncta, et quidem in forma octaua maiori portatili.* Interea his noſtris laboribus faue.

בשם אלקינו

HENRICI OPITII

BIBLIA PARVA

HEBRAEO-LATINA.

GENESIS CAP. I.

V. 1. 2.

בראשית

בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃
וְהָאָרֶץ b הָיְתָה c תֹהוּ d וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל־
e פְּנֵי f תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹהִים g מְרַחֶפֶת עַל־
פְּנֵי הַמָּיִם׃

1) In principio creauit Deus coelos et terram. 2) Et terra erat ſolitudo et inanitas: et caligo ſuper facies (tenebrae in ſuperficie) abyſſi: et Spiritus Dei motabat (flabat) ſuper facies aquarum.

---

a ראש b היה c תהה d בהה e פנה f תהם

g רחף

Verſ. 26. 27. 28.

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים a נַעֲשֶׂה אָדָם b בְּצַלְמֵנוּ
c כִּדְמוּתֵנוּ d וְיִרְדּוּ e בִּדְגַת f הַיָּם וּבְעוֹף
הַשָּׁמַיִם וּבַבְּהֵמָה וּבְכָל־הָאָרֶץ וּבְכָל־הָרֶמֶשׂ הָרֹמֵשׂ
עַל־הָאָרֶץ: וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם בְּצַלְמוֹ
בְּצֶלֶם אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ זָכָר g וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם:
וַיְבָרֶךְ אֹתָם אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים h פְּרוּ
i וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ k וְכִבְשָׁהָ וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם
וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם וּבְכָל־חַיָּה הָרֹמֶשֶׂת עַל־הָאָרֶץ:

26) Et dixit Deus: faciamus hominem in imagine noſtra (ad imaginem noſtram) ſec. ſimilitudinem noſtram, vt dominentur in piſces maris et in volatile coeli, et in iumentum et in omnem terram, et in omne reptile reptans ſuper terram. 27) Et creauit Deus hominem in imagine ſua (ad imaginem ſuam): in imagine (ad imaginem) Dei creauit illum; maſculum et feminam creauit eos. 28) Et benedixit eis Deus, et dixit ad eos Deus: creſcite et multiplicate vos, et replete terram, et ſubiicite eam: et dominamini in piſces maris, et in volatile coeli, et in omnem beſtiam reptantem ſuper terram.

Verſ. 31.

l וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־כָּל־אֲשֶׁר עָשָׂה וְהִנֵּה־טוֹב
מְאֹד

31) Et

a עשה b צלם c דמה d ורה e רוג et רגה f ימם
g נקב h פרה i ורבה k כבש l ראה

31) Et vidit Deus omne, quod fecerat, et ecce bonum valde.

CAPVT II. v. 3.

a וַיְבָרֶךְ אֱלֹהִים אֶת־יוֹם הַשְּׁבִיעִי וַיְקַדֵּשׁ אֹתוֹ
כִּי בוֹ שָׁבַת מִכָּל־ b מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר־בָּרָא אֱלֹהִים
c לַעֲשׂוֹת׃

3) Et benedixit Deus diei ſeptimae, et ſanctificauit illum, quia in eo requieuerat ab omni opere ſuo, quod creauerat Deus, vt faceret.

Verſ. 7.

d וַיִּיצֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם עָפָר מִן־
e הָאֲדָמָה f וַיִּפַּח g בְּאַפָּיו h נִשְׁמַת i חַיִּים k וַיְהִי
הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה׃

7) Et formauit Dominus Deus hominem puluerem de terra (e puluere terrae,) et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitae; et fuit homo in animam viuentem.

Verſ. 16. 17.

l וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל־הָאָדָם לֵאמֹר מִכֹּל
עֵץ־m הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל׃ וּמֵעֵץ n הַדַּעַת טוֹב o וָרָע
לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ כִּי בְּיוֹם אֲכָלְךָ מִמֶּנּוּ מוֹת תָּמוּת׃

16) Et praecepit Dominus Deus ad hominem dïce do: Ex omni arbore horti comedendo co-

a ברך b לאך c עשה d יצר e אדם f נפח g אנף
h נשם i חיה k היה l צוה m גנן n ידע o רוע

medes. Et ex arbore ſcientiae boni et mali, non comedes ex ea: quia in die comedere te (quo, comederis) ex ea, moriendo morieris.

Verſ. 18.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים לֹא־טוֹב a הֱיוֹת הָאָדָם
b לְבַדּוֹ אֶעֱשֶׂה־לּוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ׃

18) Et dixit Dominus Deus: Non (eſt) bonum eſſe hominem ſolum: faciam ei adiutorium, tanquam coram eo (quod ſit coram eo).

Verſ. 22. 23. 24.

c וַיִּבֶן יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הַצֵּלָע אֲשֶׁר־לָקַח
מִן־הָאָדָם לְאִשָּׁה d וַיְבִאֶהָ אֶל־הָאָדָם׃ וַיֹּאמֶר
הָאָדָם זֹאת הַפַּעַם עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי
לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה כִּי מֵאִישׁ e לֻקְחָה־זֹּאת׃
עַל־כֵּן יַעֲזָב־אִישׁ אֶת־ f אָבִיו וְאֶת־ g אִמּוֹ
וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד׃

22) Et aedificauit Dominus Deus coſtam, quam ceperat de homine in mulierem: et adduxit eam ad hominem. 23) Et dixit homo: Hac vice os ex oſſibus meis, et caro ex carne mea. Ad hanc (qua propter) vocabitur virago (Viriſſa), quia ex viro ſumta eſt ipſa. 24) Idcirco relinquet vir (vnusquisque) patrem ſuum et matrem ſuam, et adhaerebit in vxore ſua (vxori ſuae) et erunt in carnem vnam (caro vna).

CAP.

a היה b בור c בנה d בוא e לקח f אבה g אמם

CAPVT III. v. 14. 15.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֶל־הַנָּחָשׁ כִּי a עָשִׂיתָ
זֹּאת אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה וּמִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה
עַל־גְּחֹנְךָ b תֵלֵךְ וְעָפָר תֹּאכַל כָּל־ c יְמֵי d חַיֶּיךָ׃
e וְאֵיבָה f אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין
זַרְעָהּ הוּא g יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב׃

14) Et dixit Dominus Deus ad ſerpentem, quia feciſti hoc, maledictus tu prae omni animali, et prae omni beſtia agri. Super ventrem tuum gradieris, et puluerem comedes omnibus diebus vitae tuae. 15) Et inimicitiam ponam inter te et inter mulierem, et inter ſemem tuum, et inter ſemen eius: Ipſum conteret tibi caput, et tu conteres ei calcaneum.

Verſ. 16.

אֶל־הָאִשָּׁה אָמַר הַרְבָּה אַרְבֶּה h עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ
בְּעֶצֶב i תֵּלְדִי k בָּנִים וְאֶל־אִישֵׁךְ l תְּשׁוּקָתֵךְ וְהוּא
יִמְשָׁל־בָּךְ׃

16) Ad mulierem dixit, multiplicando multiplicabo dolorem tuum, et conceptum tuum: cum dolore paries filios, et ad virum tuum appetitus tuus (erit deſiderium tuum) et ipſe dominabitur in te.

a עשה b ילך c יום d חוה e איב f שית g שוף
h הרה i ילד k בנה l שוק

Verſ. 17. 18. 19.

וּלְאָדָם אָמַר כִּי שָׁמַעְתָּ לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ וַתֹּאכַל
מִן־הָעֵץ אֲשֶׁר a צִוִּיתִיךָ לֵאמֹר לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ
אֲרוּרָה הָאֲדָמָה b בַּעֲבוּרֶךָ בְּעִצָּבוֹן תֹּאכְלֶנָּה כֹּל
יְמֵי חַיֶּיךָ: וְקוֹץ c וְדַרְדַּר d תַּצְמִיחַ לָךְ וְאָכַלְתָּ
אֶת־עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה: e בְּזֵעַת f אַפֶּיךָ תֹּאכַל לֶחֶם
עַד g שׁוּבְךָ אֶל־הָאֲדָמָה כִּי מִמֶּנָּה לֻקָּחְתָּ כִּי־
עָפָר אַתָּה וְאֶל־עָפָר תָּשׁוּב:

17) Et homini ait: Quia paruiſti voci vxoris tuae, et comediſti ex arbore, quam praecepi tibi dicendo, non comedes ex ea: Maledicta terra propter te. In labore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. 18) Et ſpinam et tribulum germinabit tibi, et comedes herbam agri. 19) In ſudore vultus tui veſceris pane, vsque reuerti te (donec reuertaris) in terram, quia ex ea ſumtus es: nam puluis tu (es) et in pulue-rem reuerteris.

CAPVT IV. v. 1.

וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה h אִשְׁתּוֹ i וַתַּהַר k וַתֵּלֶד
אֶת־קַיִן וַתֹּאמֶר l קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה:

1) Et homo ipſe cognouit Euam vxorem ſuam, et concepit et peperit Cain, et dixit: Acquiſiui virum τὸν Dominum.

Verſ.

---

a צוה b עבר c דרר d צמח e וץ f אנף g שוב
h איש i הרה k ולד l קנה

Verſ. 7.

הֲלוֹא אִם a תֵּיטִיב b שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵּיטִיב
לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ וְאֵלֶיךָ c תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה
תִּמְשָׁל־בּוֹ׃

7) Nonne ſi benefeceris, eleuare (venia erit)? Et ſi non benefeceris, ad oſtium peccatum cubans (cubat)? Et ad te (et in te erit) appetitus eius, et tu dominaberis in eum (ei).

Verſ. 10. 11.

וַיֹּאמֶר מֶה d עָשִׂיתָ קוֹל e דְּמֵי f אָחִיךָ צֹעֲקִים
אֵלַי מִן־הָאֲדָמָה׃ וְעַתָּה אָרוּר אָתָּה מִן־הָאֲדָמָה
אֲשֶׁר g פָּצְתָה אֶת־ h פִּיהָ i לָקַחַת אֶת־דְּמֵי
אָחִיךָ מִיָּדֶךָ׃

10) Et dixit: Quid feciſti? vox ſanguinum fratris tui clamantium (clamat) ad me e terra. 11) Et nunc maledictus tu a terra (eris ſuper terram) quae aperuit os ſuum, vt ſuſciperet ſanguines fratris tui de manu tua.

CAPVT V. v. 24.

l וַיִּתְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת־הָאֱלֹהִים m וְאֵינֶנּוּ כִּי־
לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים׃

24) Et ambulauit Chanoch cum Deo, et non ipſe (fuit), quia tulit eum Deus.

a יטב b נשא c שוק d עשה e רם f אחה g פצה
h פה i לקח k יר l הלך m אין

CAPVT VI. v. 3:

וַיֹּאמֶר יְהוָה לֹא־ a יָדוֹן רוּחִי בָּאָדָם לְעוֹלָם
בְּשַׁגַּם הוּא בָשָׂר׃

3) Et dixit Dominus, Non contendet (erit vt in vagina) ſpiritus meus cum homine in ſeculum in eo quod etiam ipſe (ſit) caro.

Verſ. 5. 6.

וַיַּרְא יְהוָה כִּי רַבָּה b רָעַת הָאָדָם בָּאָרֶץ וְכָל־
c יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ רַק רַע כָּל־הַיּוֹם׃ d וַיִּנָּחֶם
יְהוָה כִּי־ עָשָׂה אֶת־ הָאָדָם בָּאָרֶץ וַיִּתְעַצֵּב
אֶל־לִבּוֹ׃

5) Et vidit Dominus quod multa malitia hominis in terra: Et omnis imaginatio cogitationum cordis eius tantum (tantummodo eſſet) malum omni die. 6) Et poenituit Dominum quod feciſſet hominem in terra: et indoluit ad cor ſuum (doluit in corde ſuo).

CAPVT VII. v. 1.

וַיֹּאמֶר יְהוָה לְנֹחַ e בֹּא־ אַתָּה וְכָל־ בֵּיתְךָ
אֶל־ f הַתֵּבָה כִּי־ אֹתְךָ g רָאִיתִי צַדִּיק h לְפָנַי
i בַּדּוֹר הַזֶּה׃

1) Et

---

a דון b רוע c יצר d נחם e בוא f תבה g ראה
h פנה i דור

1) Et dixit Dominus ad Noach: Ingredere tu, et omnis domus tua in arcam; quia te vidi iustum in conspectu meo in generatione ista.

CAPVT VIII. v. 21. 22.

a וַיָּרַח יְהוָה אֶת־רֵיחַ b הַנִּיחֹחַ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־
לִבּוֹ לֹא c אֹסִף לְקַלֵּל עוֹד אֶת־הָאֲדָמָה בַּעֲבוּר
הָאָדָם כִּי יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע d מִנְּעָרָיו וְלֹא־
אֹסִף עוֹד e לְהַכּוֹת אֶת־כָּל־ f חַי כַּאֲשֶׁר g עָשִׂיתִי׃
עֹד כָּל־ יְמֵי הָאָרֶץ זֶרַע וְקָצִיר h וְקֹר i וָחֹם
וָקַיִץ וָחֹרֶף וְיוֹם וָלַיְלָה לֹא יִשְׁבֹּתוּ׃

21) Et odoratus est Dominus odorem quietis. Et dixit Dominus ad cor suum (in corde suo): Non addam ad maledicendum adhuc (vt maledicam vltra) terrae propter hominem, quia cogitatio cordis hominis mala (est,) a pueritia: et non addam adhuc ad percutiendum (vltra vt percutiam) omne viuens quemadmodum feci. 22) Adhuc omnes dies terrae sementis, et messis, et frigus, et aestus, et aestas, et hyems, et dies, et nox non cessabunt.

CAPVT IX. v. 6.

שֹׁפֵךְ דַּם הָאָדָם בָּאָדָם דָּמוֹ יִשָּׁפֵךְ כִּי בְצֶלֶם
אֱלֹהִים עָשָׂה אֶת־הָאָדָם׃

a רוח b נוח c יסף d נער e נכה f חיה g עשה
h קור i חמם

6) Effundens (qui effuderit) ſanguinem hominis in homine (per hominem), ſanguis eius effunditur: quia in imagine (ad imaginem) Dei fecit hominem.

Verſ. 11.

a וַהֲקִמֹתִי אֶת־ b בְּרִיתִי אִתְּכֶם וְלֹא־יִכָּרֵת כָּל־
בָּשָׂר עוֹד c מִמֵּי d הַמַּבּוּל וְלֹא־יִהְיֶה עוֹד מַבּוּל
e לְשַׁחֵת הָאָרֶץ׃

11) Et ſtatui pactum meum vobiſcum, et non excidetur omnis caro adhuc (vltra) ab aquis diluuii: et non erit adhuc diluuium, ad diſperdendum (vt diſperdat) terram.

Verſ. 13.

אֶת־קַשְׁתִּי f נָתַתִּי בֶּעָנָן g וְהָיְתָה לְאוֹת בְּרִית
בֵּינִי וּבֵין הָאָרֶץ׃

13) Arcum meum dedi (ponam) in nube, et erit in ſignum fœderis inter me et inter terram.

Verſ. 26. 27.

וַיֹּאמֶר בָּרוּךְ יְהוָה אֱלֹהֵי שֵׁם h וִיהִי כְנַעַן עֶבֶד
לָמוֹ׃ i יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת וְיִשְׁכֹּן בְּאָהֳלֵי־שֵׁם
וִיהִי כְנַעַן עֶבֶד לָמוֹ׃

26) Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem, et ſit Chenahan ſeruus ei. 27) Dilatet Deus Iephet,

---

a מקם b ברה c מים d נבל e שחת f נתן g ענן
h היה i פתה

Iephet, & habitet in tabernaculis Sem: et ſit Chenahan ſeruus ei.

CAPVT XII. v. 1.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־אַבְרָם a לֶךְ־לְךָ מֵאַרְצְךָ
b וּמִמּוֹלַדְתְּךָ וּמִבֵּית אָבִיךָ אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר
c אַרְאֶךָּ׃

1) Et dixit Dominus ad Abram: vade tibi e terra tua, et e cognatione tua, et e domo patris tui, ad terram quam videre faciam te.

Verſ. 3.

d וַאֲבָרְכָה מְבָרְכֶיךָ וּמְקַלֶּלְךָ e אָאֹר וְנִבְרְכוּ בְךָ
כֹּל מִשְׁפְּחֹת הָאֲדָמָה׃

3) Et benedicam benedicentibus tibi: et maledicentibus tibi maledicam. Et benedicentur (benedicent ſe) in te omnes familiae terrae.

CAPVT XIII. v. 8. 9.

וַיֹּאמֶר אַבְרָם אֶל־לוֹט אַל־נָא תְהִי f מְרִיבָה
בֵּינִי וּבֵינֶךָּ וּבֵין g רֹעַי וּבֵין רֹעֶיךָ כִּי־אֲנָשִׁים
h אַחִים אֲנָחְנוּ׃ הֲלֹא כָל־הָאָרֶץ i לְפָנֶיךָ הִפָּרֶד
נָא מֵעָלָי אִם־ k הַשְּׂמֹאל l וְאֵימִנָה וְאִם־הַיָּמִין
וְאַשְׂמְאִילָה׃

8) Et

---

a ילך b ילד c ראה d ברך e ארר f רוב g רעה
h אחח i פנה k שמל l ימן

8) Et dixit Abraham ad Loth: Ne quaeſo ſit contentio inter me et inter te, et inter paſtores meos, et inter paſtores tuos, quia viri fratres nos. 9) Nonne omnis terra ad conſpectum tuum (eſt coram te)? Separare nunc deſuper me (ſepara te nunc a me). Si ſiniſtram, et dextrabo (ſi ieris ad ſiniſtram, dexteram tenebo) et ſi dexteram, et ſiniſtrabo (et ſi ad dexteram ieris ſiniſtram tenebo).

CAPVT XIV. v. 19.

יְבָרְכֵהוּ וַיֹּאמַר בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל a עֶלְיוֹן קֹנֵה
שָׁמַיִם וָאָרֶץ׃

19) Et benedixit ei, et dixit: Benedictus Abram Deo altiſſimo poſſeſſori coeli et terrae.

CAPVT XV. v. 1.

אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה הָיָה דְבַר־יְהוָה אֶל־אַבְרָם
b בַּמַּחֲזֶה לֵאמֹר אַל־ c תִּירָא אַבְרָם אָנֹכִי d מָגֵן
לָךְ שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד׃

1) Poſt verba haec (haec) fuit verbum Domini ad Abram in viſione, dicendo: Ne timeas Abram. Ego (ero) ſcutum tibi: merces tua multa valde.

Verſ. 6.

e וְהֶאֱמִן בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה׃

6) Et credidit in Dominum (Domino) et imputauit illud ei iuſtitiam (ſibi ad iuſtitiam).

CAP.

---

a עלה b חוה c ירא d גנן e אמן

CAPVT XVII. v. 1.

וַיְהִי אַבְרָם בֶּן־תִּשְׁעִים שָׁנָה וְתֵשַׁע שָׁנִים
a וַיֵּרָא יְהוָה אֶל־אַבְרָם וַיֹּאמֶר אֵלָיו אֲנִי־אֵל
b שַׁדַּי הִתְהַלֵּךְ לְפָנַי וֶהְיֵה c תָמִים׃

1) Et fuit Abram filius nonaginta annorum et nouem annorum. Et viſus eſt Dominus ad Abram, et dixit ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula in conſpectu meo, et eſto perfectus.

Verſ. 7.

d וַהֲקִמֹתִי אֶת־ e בְּרִיתִי בֵּינִי וּבֵינֶךָ וּבֵין זַרְעֲךָ
אַחֲרֶיךָ f לְדֹרֹתָם לִבְרִית עוֹלָם g לִהְיוֹת לְךָ
לֵאלֹהִים וּלְזַרְעֲךָ אַחֲרֶיךָ׃

7) Et ſtatuam foedus meum inter me et inter te, et inter ſemen tuum poſt te, in generationes ſuas in pactum ſeculi, ad exiſtendum (vt ſim), tibi in Deum, et ſemini tuo poſt te.

Verſ. 10. 11.

זֹאת בְּרִיתִי אֲשֶׁר תִּשְׁמְרוּ בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם וּבֵין
זַרְעֲךָ אַחֲרֶיךָ h הִמּוֹל לָכֶם כָּל־זָכָר׃ וּנְמַלְתֶּם אֶת
בְּשַׂר עָרְלַתְכֶם וְהָיָה לְאוֹת בְּרִית בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם׃

10) Hoc pactum meum quod cuſtodietis inter me, et inter vos, et inter ſemen tuum poſt te: circumcidi vobis omnem maſculum (vt circum-

---

a ראה b שרי c תמם d קום e נתה f דור
g היה h מול

cumcidatur in vobis omnis maſculus). 11) Et circumcidetis carnem praeputii veſtri: et erit in ſignum foederis inter me et inter vos.

Verſ. 14.

וְעָרֵל זָכָר אֲשֶׁר לֹא־יִמּוֹל אֶת־בְּשַׂר עָרְלָתוֹ
וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא a מֵעַמֶּיהָ אֶת־בְּרִיתִי b הֵפַר׃

14) Et praeputiatus maſculus cum non circumcidetur caro praeputii eius, et excidetur anima illa de populis ſuis: (quia) foedus meum fregit fecit irritum).

CAPVT XVIII. v. 14.

c הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר d לַמּוֹעֵד אָשׁוּב אֵלֶיךָ כָּעֵת
חַיָּה וּלְשָׂרָה בֵּן׃

14) An erit difficilis a Domino res (nunquid abſcondetur a Domino quidquam)? Ad tempus reuertar ad Te ſecundum tempus vitae, et (erit) ipſi Sarah filius.

Verſ. 17. 18. 19.

וַיהוָה אָמָר e הַמְכַסֶּה אֲנִי מֵאַבְרָהָם אֲשֶׁר אֲנִי
עֹשֶׂה׃ וְאַבְרָהָם f הָיוֹ יִהְיֶה לְגוֹי גָּדוֹל g וְעָצוּם
וְנִבְרְכוּ־בוֹ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ׃ כִּי h יְדַעְתִּיו לְמַעַן
אֲשֶׁר יְצַוֶּה אֶת־ i בָּנָיו וְאֶת־בֵּיתוֹ אַחֲרָיו וְשָׁמְרוּ
דֶּרֶךְ יְהוָה k לַעֲשׂוֹת צְדָקָה וּמִשְׁפָּט לְמַעַן l הָבִיא
יְהוָה עַל־אַבְרָהָם אֵת אֲשֶׁר־דִּבֶּר עָלָיו׃

17) Et

---

b עמם b פור c פלא d יעה e כסה f היה g עצם
h יוע i בנה k עשה l בוא

17) Et Dominus dixit: Nunquid celans ego ab Abraham (celo ego Abraham), quod ego faciens (facio). 18) Et Abraham essendo erit in gentem magnam, et fortem: et benedicentur (benedicent sibi) in eo omnes gentes terrae. 19) Quia noui eum. Propterea quod (propterea) praecipiet filiis suis, et domui suae post se, et custodient viam Domini ad faciendum (vt faciant) iustitiam et iudicium; vt venire faciat Dominus super Abraham, quod locutus est super eum.

Vers. 25.

חָלִלָה לְךָ מֵעֲשֹׂת כַּדָּבָר הַזֶּה a לְהָמִית צַדִּיק
עִם־רָשָׁע וְהָיָה כַצַּדִּיק כָּרְשָׁע חָלִלָה לָךְ הֲשֹׁפֵט כָּל־
הָאָרֶץ לֹא יַעֲשֶׂה מִשְׁפָּט׃

25) Absit tibi a faciendo (vt faeias secundum rem hanc,) ad mori faciendum (vt mori facias) iustum cum impio, et sit sicut iustus, sicut impius. Absit tibi. Nunquid iudex omnis terrae non faciet iudicium.

CAPVT XIX. v. 22.

מַהֵר הִמָּלֵט שָׁמָּה כִּי לֹא b אוּכַל לַעֲשׂוֹת דָּבָר
עַד־בֹּאֲךָ שָׁמָּה׃

22) Festina erue te illuc, quia non potero ad faciendum rem, vsque ad ingredi tuum facere (quicquam, donec ingrediaris) illuc.

CAP.

a מות b יכל

CAPVT XXII. v. 12.

וַיֹּאמֶר אַל־תִּשְׁלַח יָדְךָ אֶל־הַנַּעַר וְאַל־ a תַּעַשׂ
לוֹ b מְאוּמָה כִּי עַתָּה יָדַעְתִּי כִּי־ c יְרֵא אֱלֹהִים
אַתָּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ מִמֶּנִּי׃

12) Et dixit: Ne mittas (extendas) manum tuam ad puerum, et ne facias ei quicquam, quia nunc cognoui quod timens (times) Deum tu, et non prohibuisti filium vnicum tuum a me.

Vers. 16. 17. 18.

וַיֹּאמֶר בִּי d נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם־יְהוָה כִּי יַעַן אֲשֶׁר
עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־
יְחִידֶךָ׃ כִּי־בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ וְהַרְבָּה אַרְבֶּה אֶת־זַרְעֲךָ
כְּכוֹכְבֵי e הַשָּׁמַיִם f וְכַחוֹל אֲשֶׁר עַל־ g שְׂפַת
הַיָּם h וְיִרַשׁ זַרְעֲךָ אֵת שַׁעַר i אֹיְבָיו׃ וְהִתְבָּרְכוּ
בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ עֵקֶב אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ בְּקֹלִי׃

